



**R. P. Georgii De Rhodes Avenionensis, È Societate Iesv,
Philosophia Peripatetica, Ad Veram Aristotelis Mentem**

Rhodes, Georges de

Lvgdvni, 1671

Sect. iij. Quomodo veræ sint propositiones de objecto contingenti,
præsertim futuro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95638](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95638)

SECTIO III.

*Quomodo vera sint propositiones de obiecto
contingenti, præsertim futuro.*

enim dederit, Petrus dixit falsum, sicque non debet illi dari gratia; si autem Deus non dederit gratiam, Petrus dixit verum, & sic debetur ei gratia. Neque videtur dubitari possibile, cum etiam inter homines huiusmodi pactum iniri potest. Pater v.g. dicere potest filio suo, *Faciam te meum heredem*, si nunquam dicas falsum: filius vero dicere potest, *Non facies me tuum heredem*. Dominus seruo debenti centum nummos dicere potest, *Si tuam primam litem obtineas, remitto tibi debitum*: seruus autem litem domino intendat ad non soluendam hanc pecuniam; tunc si litem seruus obtineat, debet dominus ex pacto dare centum. Si autem cadat, non debet ex pacto, & tamen debet ex sententia iudicis: cuiusmodi litem Athenis celeberrimam fecerunt Oratores duo, narrante Gellio: cum enim Protagoras exigeret à discipulo mercedem, cuius solutionem nolle se dixerat donec Orator euasisset optimus, negaret autem discipulus mercedem, nisi talis esset Orator ut causam obtinere posset, technis eius inuolutus index, mali corui malum ouum à se ablegauit.

Difficultas ergo est in explicanda veritate harum propositionum; si enim dicat Petrus promittenti Deo, *Non dabis mihi gratiam*; vel est propositio vera, vel falsa. Si vera: ergo vera etiam erit alia, *Deus dabit gratiam posita propositione Dei*: si verò hæc erit falsa, *Deus non dabit gratiam*; erit etiam falsa ista, *Deus dabit gratiam*; quia Deus promissit se daturum gratiam, ex suppositione quod prima propositio, quam diceret Petrus, esset vera. Et sic propositiones istæ contradictoriæ, *Deus dabit gratiam*; *Deus non dabit gratiam*, erunt simul veræ, & simul falsæ.

Prima solutio.

Video autem solui hoc primò posse, dicendo quod Deus in tali casu, vel alius quilibet non potest teneri ad dandum præmium promissum sub ea conditione, per vllam propositionem, quæ includat largitionem doni; quia, vt aliàs dixi, non potest pactum procedere de propositione destructiua pacti, aliqui posset aliquis obligari ad impossibile. Deinde veritas talis propositionis, propter quam datur præmium, debet mouere promissorem ad dandum præmium: sed ipsa largitio præmij non potuit mouere promissorem ad dandum præmium: ergo propter veritatem, quæ continet largitionem præmij, non potest deberi præmium. In eo igitur casu proposito, in quo Deus Petro dicat, *Dabo tibi gratiam, modo verum dicas*; Petrus autem dixit, *Non dabis mihi gratiam*; vi huius propositionis Deus nec tenetur dare gratiam, neque tenetur illam non dare, æquè omnino ac si nihil dixisset; quod idem dico de aliis omnibus casibus. Si autem quæras, hæc propositio Petri etne vera, an falsa? Resp. si Deus illi det gratiam, est falsa; si non det gratiam, est vera. Liberum autem illi est dare, vel non dare gratiam; per illam enim promissionem nullo modo tenetur dare, vel negare gratiam.

Secunda solutio.

Secundò video aliter etiam à nonnullis solui hanc difficultatem, & dicere, quod Deus non potest inire huiusmodi pactum cum Petro, etiam ex suppositione, quod præuideat Petrum dicturum, *Non dabis mihi gratiam*, quia non potest se obligare ad aliquid impossibile. Posset tamen, inquit, homo ita se obligare. Dicat v.g. Rex mihi, *Si dicas verum, dabo tibi centum nummos*; ego autem dicam, *Non dabis*; tunc si Rex det, non tenetur dare; si autem det, tenetur dare; quia ex hoc pacto illud verè sequitur. Sed hæc responsio difficilis est, & illi haud dubiè præferenda est prior illa, quam attuli.

A

B

C

D

E

Circa veritatis subiectum, quod inquirere cœpi, grauissima ista superest, omniumque ingenio tum contentione dignissima difficultas, in qua experitur humana mens, quantas in seipsa senbras habeat, quæ tantam in re per se clarissima caliginem vel faciat, vel inueniat, quam ego nunc, vt pro virili mea parte discutiam.

Certum sit primò, tantam esse arbitrij humani libertatem, idest potestatem agendi, vel non agendi, vt eam violare nec creatura vlla valeat, nec Creatorum etiam ipsam deceat, vt ait Richardus à S. Victore. Hanc enim arcem inexpugnabilem, hoc regnum immortale animæ, hanc libripem dem emancipati homini à Deo boni, hominibus datam esse, si ratio philosophica taceret, quotidiana tamen experientia, & Sapientum omnium voces conuincerent.

Certum est secundò, diuinum oculum, quem, quia cernit omnia solus, verum possit dicere Solem, vt loquitur eleganter Boëtius; intellectum, inquam, Dei habuisse ab æterno claram & certissimam scientiam eorum omnium, quæ sunt, vel etiam quæ futura sunt, tum absolute, tum etiam conditionatè; per quam tam distinctè vidit ante annos infinitos id, quod facio in hoc instanti, ac videt illa nunc quando facio. *Temporalia enim mouens*, inquit August. lib. 10. ciuit. cap. 12. *temporaliter non mouetur, nec aliter nouit faciendâ, quàm factâ; nec aliter exaudit inuocantes, quàm inuocatos videt. Quæ tamen, vt ait Boëtius lib. 5. consolat. prola 12. ille ab æterno cuncta prospiciens, prouidentia cernit intuitus, & suis quæque meritis prædestinata disponit.* Addebam verò, cognosci ab omnividente Dei intellectu ea etiam omnia, quæ de facto non sunt futura, sed posita tamen aliquâ conditione futura essent: v.g. non solum videt Deus ea, quæ facturus sum, sed ea etiam quæ facerem si natus essem in India, si essem mercator, & demùm quidquid posita quacunque vel temporis, vel loci, vel status, vel sociorum circumstantiâ facturus essem; quod suppono probatum in Theologia, vbi etiam dixi quod Deus illa omnia clarè, distinctè, intuituè non cognoscit modò, sed videt. His positis,

Tota difficultas est, quomodo cum hac Dei scientia, atque aded cum veritate propositionum omnium de futuro, stare possit libertas arbitrij cum tota sua indifferentia, eodem modo ac si nihil Deus præsciret, & nulla propositio de futuro esset ab æterno vera. Hæc difficultas vt explicetur clarissimè, primò videndum est, qualis sit veritas propositionum de præterito, & de præsentis: secundò veritas propositionum de futuro contingenti absolute: tertio veritas de futuro conditionato: quarto earum propositionum necessitas: quinto quid senserit circa veritatem hanc Aristoteles.

Existencia humana libertatis.

Existencia diuina præscientia.

Status controuersia.

§. I.

*Veritas propositionum de praterito & de
presenti.*

Affertio af-
firmatiua.

Uile contin-
gens quid sit
& quatu-
plex.

Esse deter-
minatū quid
fit & quo-
tuplex.

Dico primo. Propositio de obiecto contingenti præterito & præsentis vera est, vel falsa determinate, non determinatione potentiali, sed actuali. Hoc antequam probem,

Obserua primò, contingens illud appellari, quod potest esse, vel non esse; fieri, vel non fieri: quod quia contingere potest pluribus modis, propterca contingens propriè dictum illud est, quod *causam habet indifferentem ad operandum, vel non operandum, positis omnibus ad agendum prærequisitis*, seu quod est à causa libera. Dupliciter enim, vt rectè notat Molina *disp. 47. concordia*, potest aliqua causa esse indifferens ad operari, vel non operari. Primò secundum se considerata in sensu diuiso, idest, sublati prærequisitis ad agendum; & sic nulla est causa naturalis, quæ non sit indifferens; ignis enim, si tollas materia combustibilis proximitatem, non vret. Altero modo est indifferens, positis omnibus ad agendum requisitis in sensu composito, vt voluntas quæ posita cognitione, & præparatione diuini concursus, potest amare, vel non amare. Hæc verò est indifferentia propria causæ liberæ, à cuius indifferentia effectus dicitur contingens, idest productus à causa quæ poterat agere, vel non agere. Vbi obserua, quod esse contingens nullo modo pugnat cum determinata futuritione; nam futuritio dicit tantum esse pro tali tempore; non autem dicit non posse non esse: contingens verò dicit tantum posse non esse.

Obſervata ſecundò , determinatum , ſeu deter-
minatè verum nullo modo idem eſſe ac ne-
ceſſarium ; nam eſſe determinatè verum eſt eſſe
ita verum , vt non ſit falſum. Dixi , *vt non ſit*
falſum ; non autem , *vt non poſſit eſſe falſum* ;
quia propoſitio de præſenti eſt vera , & tamen
potèſt eſſe falſa. Duplex igitur eſt indetermina-
tio , altera eſt actualis , altera potentialis. Actualis,
vt docet optimè Valquez *diſput.* 68. *num.* 18.
eſt indifferentia ad fore vel non fore , quæ ex-
plicatur per duas propoſitiones de inelle , *Petrus*
currit , vel *non currit*. Huiuſmodi actualis
indeterminatio directè pugnat cum determinata
veritate propoſitionis , & illi opponitur deter-
minatio actualis , quæ eſt habitudo ad eſſe pro
aliqua differentia temporis , vt , *Petrus currit*.
Indeterminatio potentialis eſt indifferentia cum
ſa ad agendum vel non agendum , quæ ſcilicet
explicatur per vnam de inelle , alteram de poſſi-
bili , vt , *Petrus currit* ; *poterit* tamen non *cur-
rere* ; & hæc non pugnat cum determinatione
actuali. Hoc igitur certò tenendum eſt , quod
res contingens habet determinationem actuali-
m , quia non licet dicere de illa , erit vel non erit ;
reuerà enim erit , ſed habet indeterminationem
potentialem , quia poterit non eſſe : primum ſatis
eſt ad determinatam veritatem ; ſecundum ſuf-
ficat ad libertatem. Quod manifèſtè declarari
poſſet à pari ; res enim præſens , eſt verè con-
tingens , & habet determinationem actualem ,
cùm verè liceat dicere , *Petrus* , v. g. *currit* ; non
liceat autem dicere , *Petrus currit vel non currit* :
ergo ſola determinatio actualis ſtare poſſet cum
contingentia , potentialis autem deſtruit contin-

Agentiam ; ac proinde propositio contingens determinatam habet veritatem actualem, licet habeat indeterminatam veritatem potentialem. His ita explicatis,

Ratio cur propositio de praeterito & praesenti Probatio as-
 veritatem habeat determinatam determinatione fertionis.
 actuali, est illa, quia est conformis obiecto, neque
 licet dicere, *Petrus currit, vel non currit*, est enim
 propositio impossibilis, sed, *Petrus revera currit*.
 Neque licet dicere, *Petrus cucurrit, vel non cucurrit*;
 sed *Petrus cucurrit*: ergo illae propositiones habent
 determinationem actualem.

Quod autem habeant indeterminatorem potentialem, ratio perspicua est, quia verum est dicere, *Petrus currit, potest tamen non currere: Petrus cucurrit, potuit tamen non currere*. Determinatio enim potentialis, ut obseruabam, contraria est libertati, non autem determinatio actualis.

Obiicitur. Si vera est propositio de presenti, v.g. *Petrus est abbas*, vel habet veritatem toto tempore, quo profertur, vel postquam prolata est, vel in ultimo solum instanti, quo definit profertur. Non toto tempore quo profertur; nam quando nondum est, non est vera; sed quando nondum prolatum est prædicatum, propositio nondum est: ergo nondum est vera. Non postquam prolata est; quod enim simpliciter non est, illud verum non est. Non in ultimo instanti, quo definit profertur; licet enim eo instanti dicere, *Nunc propositio non est, cum anteà esset*; definit enim cum sit successiva, per primum non esse, non autem per ultimum esse.

Respondet, propositionem esse veram toto tempore quo profertur, copulatiue fumendo omnes illius partes; non autem diuisiue, idest si fumas solam primam partem, non est vera, neque si fumas solam vltimam, sed si omnes simul fumas, in illo toto tempore vera est. Deinde dici etiam posset, illam esse veram in aliqua parte temporis indeterminata, in qua completur propositio, & postquam sequitur instans in quo licet dicere, *Nunc est completa propositio.*

§. II.

- D *Veritas propositionum de futuro absoluta.*

DIco secundò. Propositiones contradictoriæ de futuro contingenti determinatè veræ sunt, non solum disiunctim, sed etiam disiunctivè, eodem modo ac propositiones contradictoriæ de præsentì & præterito. Id est, non solum hæc propositio hypothetica determinatè vera est, *Petrus peccabit, vel non peccabit*; sed etiam hæc categorica, *Petrus peccabit*, vera est determinatè; & hæc determinatè falsa, *Petrus non peccabit*. Pro cuius intelligentia,

Obſerua primò, propoſitiones contradiſtorias
v.g. iſtam, *Bellum nauale cras erit, vel non erit*, poſſe
ſumi vel diſiunctim, vel diſiunctiue: diſiunctim ſu-
muntur, quando ambe propoſitiones vnitæ per
particulam, *vel*, ſiunt vna propoſitio, quæ propo-
ſitio non ſolum eſt vera, ſed etiam eſt neceſſaria:
diſiunctiue ſumuntur, quando ex duabus non ſit
vna, ſed qualibet categorica ſumitur per ſe, v. g.
Bellum cras erit; & de iſtis tota eſt difficultas, &
multiplex Authorum diſſidium, vt patebit ex ſta-
tim dicendis.

Obserua enim secundò, quintupliciter videri di-
tissos esse Doctores circa veritatem hanc, de qua
quarimus. Primò enim vetus fuit Stoicorum error
apud August. *lib. 5. de ciuit. c. 8.* Simonis magi apud
Clement.

Probatio af-
fertionis.

Objectis:

Affertio af-
firmans.

Disiunctim
& disiuncti-
uè.

Quinque
Authorum
sententiæ.

Disp. III. Quæst. II. de Verit. & Falsit. cognit. 52

lib. 5. *recognit.* Manichæi apud Chrysost. hom. 45. in Joann. demumque Ioannis Vvicleffi, vt constat ex Concilio Constantiensis *act. ultima*, & Valdensi *tom. 1. lib. 1. art. 1. cap. 21.* nullum omnino esse posse locum humanæ libertati, sed *fato*, idest *necessario*, eundem fieri, eo quod detur in diuina mente præscientia, & determinata veritas futurorum. Quibus alij ex opposito, vt Cicero, & ex plurium etiam mente ipse Aristoteles, *vt remotâ necessitate libertatem astruerent, sacrilegos fecere homines, vt facerent eos liberos*, inquit August. lib. 3. de lib. arbit. negarunt enim præfieri à Deo futura, atque adeo voluere propositiones de futuro neque veras esse, neque falsas. Secundò, è Catholicis etiam Doctoribus non pauci, neque obscuri nominis aliqui sensere, nullas ex istis propositionibus esse actu veras aut falsas, sed potentia tantum, quatenus fieri possunt veræ, si contingat id quod enunciant; falsæ, si non contingat. Tertiò, concedunt alij veras aut falsas esse propositiones de futuro, sed negant, esse posse distinctè ac determinatè veras aut falsas; sed contradicentium vnâ esse indeterminatè veram, alteram indeterminatè falsam, ita vt signari nequeat, quænam earum sit vera, & quænam earum sit falsa. Ita censent Aureolus, Catharinus, Bassolis, Agidius, Argentina, Molina, Conimbricenses, Mafius, Valilius. Quartò, Thomistæ aliqui negant propositiones contingentes de futuro habere veritatem aut falsitatem determinatam, nisi post decretum Dei de prædeterminanda hominum voluntate ad talem, vel talem actum. Ita enim censent Alvarez *disp. 7. de auxil. n. 13.* & *disp. 13. Ledesma*, & alij. Quintò denique statuit communior, & sine dubio verior sententia, quod è duabus propositionibus de futuro, vna est determinatè vera, idest ita vera, vt non sit falsa; & altera determinatè falsa, idest ita falsa, vt non sit vera; determinatione, inquam, *actuali*, non autem *potentiali*, quatenus ita est vera, vt possit absolute falsa esse. Ita S. Thom. lib. 1. de *interpret. scilicet. 13. 14. 15.* & 1. p. 7. 14. & 16. Scotus, Alensis, Albertus, Ochamus, Suarez & Vasquez. Vide omnino Ruiz *disp. 23. de scientia Dei, scilicet. 2.* vbi adducit multa loca Patrum, præsertim Athanasij, Augustini, Anselmi. Sed nemo id exposuisse videtur elegantius Boëtio lib. 5. *consolat. prosa 5.* Mihi satis erit paucis & clarissimis rationibus id probare.

Prima ratio. Prima ducitur ex notissimis illis, & omnium primis principiis, *Quodlibet est, vel non est: Impossibile est aliquid esse simul, & non esse.* Ex quibus sic arguuntur. Duæ propositiones contradictoriæ non possunt esse simul veræ determinatè, neque simul falsæ determinatè, alioqui simul idem esset: ergo ex duabus illis contradictoriis, *Petrus peccabit, Petrus non peccabit*, vna est determinatè vera, & altera falsa determinatè. Imò de quolibet vera est determinatè affirmatio, vel negatio, alioqui posset idem esse simul, & non esse: ergo de qualibet propositione contingente dici debet, vera est determinatè, vel falsa est determinatè.

Secunda ratio. Secunda ducitur ex altero etiam principio per se noto. Ab eo quod *res est, vel non est*, propositio vera est, vel falsa. Vnde arguuntur. Illa propositio est determinatè vera, quæ rem enunciat sicuti est: hæc propositio, *Petrus peccabit*, rem enunciat sicuti est, suppono enim Petrum reuera postea peccare: ergo illa propositio de futuro est determinatè vera. Confirmatur. Illa propositio est vera determinatè, quæ ita est conformis obiecto, vt non sit difformis: hæc propositio, *Homines resurgent*, ita est conformis obiecto, vt non sit difformis: ergo illa est determinatè vera. Deinde hodie determinatè verum est dice-

re, *Petrus peccat*: ergo heri determinatè verum erat dicere, *Petrus peccabit*. Probo consequentiam. Heri affirmabat idem quod nunc: sed nunc affirmat verum: ergo & heri.

Tertia ratio. Illa propositio determinatam habet veritatem, seu est distinctè vera, & non falsa, quam qui profert, verum dicit, & non mentitur: propositiones de futuro Deus & Prophetæ verè dixerunt, & non sunt mentiti: ergo illæ habent determinatam veritatem. Maior nota est, minorem nemo Christianus in dubium vocat, consequentia ergo est necessaria. Confirmatur. Qui dicit certò & determinatè futurum, quod non est certò & determinatè futurum, mentitur: Deus & Prophetæ dixerunt multa determinatè futura: ergo mentiti sunt, si nihil sit determinatè futurum.

Quarta ratio. Illud est determinatè futurum, cuius habetur vera & determinata scientia: sed futuri contingentis habetur à Deo certa & determinata scientia: ergo illud est verum determinatè. Imò id quod est determinatè obiectum fidei, est verum determinatè. Multa futura contingentia sunt obiectum fidei, v. g. *Erit dies iudicij*: ergo futura contingentia sunt determinatè vera.

Quinta ratio. Illud est determinatè verum, quod est necessarium: propositio de futuro contingenti, necessaria est, ex suppositione, vt probabitur §. 4. ergo est determinatè vera.

Sexta denique ratio sit ingeniosum illud dilemma Vasquis. Vel qui dicit, *Petrus peccabit*, verum dicit, vel dicit falsum. Si verum: ergo propositio illa est vera. Si falsum: ergo qui dicit contrarium, *Petrus non peccabit*, dicit verum. Quod probo. Qui dicit contrarium falso, dicit verum: iste dicit contrarium falso: ergo dicit verum. Ergo vna ex contradictoriis est vera, & altera est falsa. Item probo, quod ille non dicit verum. Qui dicit rem futuram quæ non erit, non dicit verum: ergo ille dicit verum, & non dicit verum: & qui dicebat, *Petrus peccabit*, dicit falsum, & non dicit falsum; qui enim dicit contrarium falso, non dicit falsum.

§. III.

Veritas propositionum de futuro conditionato.

Dico tertiò. Propositiones de futuro contingenti conditionato sunt eodem modo determinatè veræ, aut falsæ, quo propositiones de futuro absoluto. Ita Suarez, Vasquez, Ruiz, qui demonstrant ita sensisse omnes Patres, & omnes Theologos, si paucos excipias recentiores Thomistas: de quo argumento plenè dixi 1. part. Nunc, vt de assertionem posita clarè constet,

Obserua primò, quid sit nunc actu rem aliquam esse futuram; non enim primò est esse præsens æternitati Dei, quæ licet entitatiuè sit indiuisibilis, virtualiter tamen diuisibilis est, sicut immensitas. Neque secundò est decretum Dei absolutum de re aliqua; hoc enim destrueret libertatem. Nec est aliquid præsens, licet propositio illa, *Nunc Antichristus est futurus*, videatur designare tempus præsens: rectè siquidem monet. Augustinus, hunc esse vocis abusum, quæ videtur futurum coniungere cum præsentem. Copula igitur, *est*, in hac propositione, *Nunc Antichristus futurus est*, non signat vllam existentiam præsentem, sed tantum præsentem connexionem prædicati & subiecti. Futurum ergo nihil aliud est in recto, nisi res ipsa prope connotat tempus sequens, cui coexistet. Futuratio autem est coexistentia cum tempore sequenti.

Obserua

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Conclusio affirmatiua.

Quid sit rei futuratio.

60 Philosophiæ Peripateticæ Liber I.

Futurum
absolutè &
conditiona-
tè.

Futurum
conditiona-
tum quid
exigat.

Probatio af-
sertionis.

Conclusio
distinguens
necessita-
tem.

Necessarii
quid sit &
quotuplex.

Obserua secundò, duobus modis posse aliquid esse futurum: primò absolutè, secundò conditionatè. Absolutè illud est futurum, quod significatur cognitione aliqua categorica; vt, *Erit Antichristus*. Conditionatè futurum, quod significatur per propositionem aliquam hypotheticam; Si *Tyrii viderent miracula Christi, converterentur*.

Obseruatertio, tunc non esse futurum conditionatum, quando res significata per conditionem, non est aliquo modo principium, vel conditio rei future; v.g. hæc, *Si Petrus currat, Paulus studebit*, non dicitur propositio de futuro conditionato, quia cursus Petri disparatus est à studio Pauli, nec est eius principium, vel occasio. Ista verò est propositio de futuro conditionato, *Si Christus Tyriis prædicet, converterentur*; prædicatio enim Christi causaret Tyriorum conversionem. Neque hinc sequitur, propositiones huiusmodi esse illatias, si materiam habeant contingentem; sunt enim tantum enunciatiuæ, vt olim ostendi.

Ratio ergo conclusionis eadem est, quæ superioris; quia scilicet inter contradictoria non datur medium; quodlibet enim est, vel non est: istæ propositiones de futuro conditionato contradictoriæ sunt, *Si Tyrii videant miracula, converterentur: Non converterentur*: ergo vna earum est vera, & altera falsa. Deinde Deus & Propheta multa sæpe dixerunt futura sub conditione: ergo illa vera sunt. Deinde ista, *Si Deus Petrum vocaret, converteretur*; ita est conformis obiecto, vt eius contradictoria sit difformis: ergo est vera determinatè. Probo antecedens. Obiectum huius propositionis est conversio Petri sub conditione vocationis: sed illa conversio reuera existeret si poneretur vocatio: ergo illa propositio est conformis obiecto. Denique multa futura sub conditione sunt obiectum fidei, v.g. *Omnis peccator si perseueret, salvabitur: Omnis iustus, si deseratur à Deo, peccabit: Omnis homo si Deum vocantem sequatur, salvabitur*.

Quibus ita definitis, tota difficultas est, quomodo determinata illa veritas futurorum, quæ pendent à libertate, non officiat libertati; quæ indeterminatio quadam & indifferentia est. Quod vt explicem, exponenda est

§. IV.

Necessitas propositionum de futuro.

Dico quartò. Propositiones de futuro ita sunt veræ, vt sint necessariae necessariæ & consequente, non autem necessitate antecedente; quo etiam modo necessitate consequenti necessariae sunt propositiones de praesenti, & de praeterito. Ita communiter tenent Doctores omnes Augustinum & Anselmum sequuti, quorum doctrinam in Philosophia, & Theologia celeberrimam vt proponam,

Obserua necessarium illud appellari, quod non potest non euenire. Duobus autem modis necessarium aliquid esse posse, tradunt Anselmus lib. de concordia, cap. 1. Boëtius lib. 4. consolat. prola 4. & admittunt omnes Theologi apud Vasquem 1. parti. dist. 68. cap. 4. Duplex, inquam, est necessitas; altera est antecedens, altera consequens, seu ex suppositione. Antecedens ea est, quæ nascitur ex causa effectum præcedente, seu quæ est in ipsa causa ante positionem effectus; vt, *cras sol orietur*; non enim potest sol cras non oriri. Necessitas sequens illa est, quæ non nascitur ex parte ipsius causæ, neque facit rem esse, aut fore, sed oritur ex positione effectus, quem sequitur. Nascitur, inquam, ex positione ipsa effectus, non tanquam ex causa, sed per optimam consequentiam ex eo inferitur. V.g. ex suppositio-

ne quod sedeam, non possum non sedere; hoc enim modo quod est, quando est, necesse est esse, & præteritum necessariò est præteritum, & futurum est necessariò futurum. Nec enim significat aliud hæc necessitas, nisi quod impossibile sit aliquid esse simul, & non esse.

Vnde rectè ibidem notat Anselmus, duo hæc valde diuersa esse, quod *res sit futura*, & quod *res futura sit futura*: sicut aliud est rem esse præsentem, & rem præsentem esse præsentem; sicut magnum est discrimen inter hanc, *Petrus peccabit*, & hanc, *Petrus qui peccabit, peccabit*. Prima siquidem est contingens, secunda est necessaria necessitate sequente ex eo, quod non possit aliquid esse simul, & non esse. Sed obseruandum tamen est discrimen inter præteritum & futurum, quod ex Anselmo rectè colligit loco citato Vasquez num. 22. & Suarez lib. 1. de scientia futurorum, cap. 9. præteritum enim, quamuis non sit necessarium nisi necessitate consequente, illa tamen necessitas sequens in propositione de præterito, includit immutabilem habitudinem ad esse, idcircoque nulla vis potest eam nunc reddere falsam: Petrus peccauit, v.g. ita necessarium nunc est necessitate sequenti, vt neque Deus, neque Petrus nunc possit reddere illam falsam. At verò propositiones de præsentibus, & de futuro necessitate habent sequentem, quæ reddi potest falsa, potest enim Petrus non peccare, quia illæ propositiones non includunt immutabilem habitudinem ad esse.

Ex his licet concludere cum Anselmo, necessitatè antecedentem pugnare semper cū libertate, siue sit in sensu cōposito, siue in sensu diuiso; quia libertas est indifferentia causæ ipsius, etiam in sensu cōposito: sed necessitas, quæ nascitur ex causa, & ita illam inclinat in vnam partem, vt flecti non possit in aliam, tollit indifferentiam causæ: ergo tollit libertatem. At verò necessitas sequens non tollit vllò modo libertatem, quia illud quod supponit libertatem, non potest eam tollere: necessitas sequens supponit libertatem: ergo non eam tollit. Probatur n. prior. Necessitas quæ sequitur ex positione ipsius effectus liberè positi, supponit libertatem: necessitas sequens sequitur ex positione ipsius effectus liberè positi; dico enim, *Petrus liberè peccabit*: ergo supponit libertatem. Quibus suppositis,

Ratio, cur propositiones de futuro sint necessariae, est, quia illarum obiectum est necessarium. Quod probo. Illud est necessarium, quod non potest non esse: sed id quod est futurum, non potest non esse futurum, alioqui esset simul futurum, & non futurum: ergo habet obiectum necessarium.

Ratio cur sint necessariae tantum necessitate consequenti, est, quia tota earum necessitas petitur ab obiecto, quod præsupponit: sed obiectum itarum propositionum non est necessarium, nisi necessitate sequenti: ergo istæ propositiones de futuro non sunt etiam necessariae, nisi necessitate consequenti. Maior certa est, propositio enim non facit obiectum esse necessarium: sed obiectum necessarium facit propositionem esse necessariam, cum propositio non specificet obiectum, sed ab eo specificetur. Minor probatur. Illud est necessarium necessitate sequenti, quod non est necessarium nisi ex suppositione quod illud sit liberè ponendum: sed futura non sunt necessaria nisi ex suppositione, quod sint liberè ponenda, v.g. Petrus est necessariò peccaturus, quia supponitur esse liberè peccaturus; sicut nunc scribo necessariò, ex suppositione quod liberè scribam: ergo istud obiectum est necessarium necessitate solum consequente, quæ nihil planè officit libertati. Quod vt euentius pateat, ostendenda mihi nunc est

§. V.

Differentia
inter præte-
ritum, &
futurum.

Propositio-
nes de futu-
ro sunt ne-
cessariae.

Necessitate
solum con-
sequente.

Disp. III. Quæst. II. de Verit. & Falsit. cognit. 61

§. V.

Concordia libertatis cum determinata veritate futurorum.

Infallibiliter me mouet (inquit Euodius apud August. lib. 3. de lib. arbitrio, c. 2. & cum eo vulgus imperitorum) quomodo fieri possit, ut Deus sit præsciens futurorum, & nos nulla necessitate peccemus; quisquis enim dixerit aliter euenire posse, quam Deus ante præscit, præscientiam Dei destrueret impiissimè temeritate molitur. Cui querelæ vt satisfaciam,

Conclusio
negans.

Dico quintò, nec præscientia diuina, nec determinata veritas futurorum libertati officiant, sed eam potius supponunt.

Ratio à
priori.

Ratio prima, & fundamentalis, qua vtuntur SS. Patres & Doctores communiter, vt ostendebam plenius prima parte, est; quia illud non tollit libertatem, quod supponit libertatem, & facit necessitatem solum consequentem: determinata veritas futurorum, sicuti & diuina præscientia, supponunt libertatem, & faciunt necessitatem tantum consequentem: ergo illa non tollunt libertatem. Maior ex terminis nota est; quomodo tollit libertatem id, quod eam supponit, & in ea fundatur? Minor autem probatur. Cognitio purè speculatiua non facit suum obiectum, neque dat illi necessitatem, sed supponit illud, & ab eo fit necessaria: determinata veritas futurorum, & præscientia Dei est cognitio purè speculatiua, quæ non facit, sed supponit obiectum suum: ergo determinata veritas futurorum, & Dei præscientia non facit, sed supponit obiectum suum. Minor clarè probatur, quia Petrus non idè est peccaturus, quia Deus videt Petrum peccaturum; sed idè videt Deus Petrum peccaturum, quia est peccaturus. Optime Beda lib. qq. quæst. 13. Quid ergo, inquit, coegit nos Deus, vt mali sibi videremur ab æterno? Absit: nos coegimus eum, vt nos malos videret.

Confirmatur
pluribus
exemplis.

Confirmatur ratione clarissima, qua vtuntur plerique Patres. Visio rei præsentis non affert minorem necessitatem, quam præuisio rei futuræ: sed illa non tollit libertatem: ergo nec ista. Probo maiorem, quia posito quod videam te sedentem, tam implicat, vt non sed eas, quam posito quod prævideam te sessurum, non potest fieri vt non sed eas: ergo tam benè visio tolleret libertatem, quam præuisio. Eximiè Boetius lib. 3. prosa 6. Si video iacentem aliquem, necessitas ei non inferitur vt iaceat, sed potius à iacente inferitur mihi necessitas vt videam. Alia etiam exempla proferri possunt de ipsa Dei præscientia, quæ non destruit libertatem Dei, tamen si videat quid facturum sit, & hoc sit necessarium ex suppositione, quod Deus sciat se hoc facturum: ergo nec destruit humanam libertatem, tamen si sciat quid illa futura sit. Præterea Dei præscientia non facit magis rem futuram, quam memoria faciat rem præteritam: sed stultum esset dicere, quod memoria rei præteritæ faciat rem illam esse præteritam; non enim res fuit, quia ego memini; sed idè memini, quia fuit: ergo similiter non idè res est futura, quia præcitur, sed idè præcitur, quia est futura.

Prima in-
stantia.

Dices primò. Veritas determinata peti non potest ab obiecto indeterminato: futura contin-

R. P. de Rhodis curf. Philosoph.

Agentia sunt indeterminata: ergo veritas determinata propositionum non potest peti à futuris contingentibus.

Resp. distinguendo minorem: futura contingencia sunt indeterminata, indeterminatione actuali, nego; indeterminatione potenti, concedo: quia poterit omnino Petrus non peccare, sed reuerà tamen peccabit. Similiter si scatur veritas certa, peti non potest ab obiecto incerto: istud obiectum, Petrus peccabit, incertum est, cum possit Petrus non peccare. Distingui debes minor: obiectum istud est incertum antecedens, concedo; consequenter, nego. Nam ex suppositione, quod Petrus sit peccaturus, est necessariò peccaturus, & circa illud vt sic, versatur veritas determinata futurorum.

B

Dices secundò. Quælibet scientia obiectum habet necessarium: futurum contingens non est necessarium: ergo non est obiectum scientiæ.

Secunda in-
stantia.

Resp. Omnis scientia obiectum habet necessarium antecedenter, nego; consequenter, concedo; ad scientiam enim intuitiuam, maximè diuinam, quæ non specificatur ab obiecto, sufficit obiectum necessarium ex suppositione, cuiusmodi sine dubio est futurum contingens.

Dices terriò. Scientia est de obiecto vniuersali per causam necessariò coniunctam: Dei præscientia & propositio de futuro contingenti non est de huiusmodi obiecto: ergo illa non est scientia determinatè vera.

Tertia in-
stantia.

C

Resp. scientiam intuitiuam, præsertim increatam, esse posse de obiecto singulari, alioqui visio rei præsentis non esset certa, & determinata.

§. VI.

Difficultates in oppositum ex destructione libertatis.

Verùm contra Doctrinam sic expositam vrget grauissima hæc, & statim obuia difficultas, quod si propositiones de futuro contingenti determinatè sint veræ, tollitur omnis libertas, & consultatio. V. g. si vera est pars vna contradictionis, Petrus peccabit; & altera determinatè falsa, Petrus non peccabit: ergo necessariò peccabit Petrus. Probo consequentiam. Illud quod est ab æterno verum, necessariò euenit, ita vt nos, qui sumus in tempore, non possimus efficere, vt sit falsum: sed si propositio hæc vera sit determinatè, ab æterno est vera: ergo est necessariò vera. Confirmatur, quia propositiones æternæ veritatis sunt necessariæ.

Propositio
difficultas.

D

Resp. negando libertatem ladi ex determinata veritate propositionum de futuro. Ad probationem distinguo consequentiam: ergo necessariò Petrus peccabit, necessitate antecedenti, nego; consequenti, concedo. Necessitas autem sequens, vt dixi, libertatem non destruit, sed supponit. Quod autem est ab æterno verum, necessariò euenit necessitate consequenti. Propositiones æternæ veritatis sunt necessariæ altera ex illis necessitatibus. Communiter tamen illæ solæ propositiones dicuntur æternæ veritatis, quarum obiectum antecedenter & essentialiter est necessarium, non tantum consequenter.

E

Instabis primò. Quod Deus præscit, est necessarium: Deus præscit Petrum peccaturum: ergo necessariò Petrus peccabit. Probatur maior. Quoties antecedens est necessariū, consequens etiā necessariū est.

Prima in-
stantia ex
viciis.

F

Hoc

Hæc antecedens, *Deus præsciuit Petrum peccaturum*, est necessarium: ergo consequens, id est, *Petrus peccabit*, est necessarium. Hæc est celebre illud argumentum Vvicleffi, in quo soluendo gloriabatur homo stultissimus desudasse Armacanum annos viginti.

Resp. tamen facile distinguendo maiorem: quod Deus præsciuit, est necessarium, consequenter, concedo; antecedenter, nego. Similiter ad probationem, quando antecedens est necessarium antecedenter, consequens etiam est necessarium antecedenter, concedo; quoties antecedens est necessarium consequenter, consequens est necessarium antecedenter, nego. Cum ergo illud antecedens, *Deus videt Petrum peccaturum*, non sit necessarium nisi consequenter, consequens etiam est eodem modo necessarium; scientia enim Dei, ut dixi, non facit rem futuram, sed supponit. Idem ergo est dicere, *Petrus necessariò est peccaturus*, si *Deus præsciuit*; ac dicere, *Petrus est necessariò peccaturus*, si *est peccaturus*.

Altera instantia eiusdem Vvicleffi.

Instabis secundo cum eodem Vvicleffo. Præscientia Dei est ita certa, ut non possit Deus vilo modo falli: ergo illius scientiæ obiectum non potest aliter euenire. Probo consequentiam. Si Petrus, quem Deus prævidit peccaturum, non peccaret, Deus esset deceptus, prævidisset enim Petrum peccaturum, qui postea non peccaret: sed Deus non potest falli: ergo Petrus non potest non peccare.

Resp. distinguendo eodem semper modo consequentiam; ergo illius scientiæ obiectum non potest aliter euenire, antecedenter, nego; consequenter, concedo, id est ex suppositione quod sit præscitum. Quia verò non est præscitum nisi ex suppositione, quod sit futurum, vides ibi esse solam necessitatem sequentem, quæ non stat nisi cum libertate, quam supponit. Ad probationem ergo dico, Petrum quem Deus prævidit peccaturum, absolute posse non peccare; consequenter autem, & ex suppositione diuinæ præscientiæ, non posse non peccare: Petrus peccaturus, ut dixi, necessariò est peccaturus. Neque dicas, si Petrus non peccaret, sicuti absolute potest non peccare, certe Deus esset deceptus. Resp. negando consequentiam, quia si Petrus non peccaret sicuti absolute potest non peccare, Deus ab æterno præsciuisset Petrum non peccaturum; & ita non esset deceptus: sicuti quamdiu Petrus est hæc præsens, ego illum video; si abscedat, non video. Similiter enim si es peccaturus, Deus vidit te peccaturum; si non es peccaturus, Deus vidit te non peccaturum; & sic nunquam Deus fallitur.

Tertia instantia ex comparatione futuri cum præterito.

Instabis tercio. Si propositio illa est determinatè vera: Deus præsciuit me peccaturum, vel ab æterno verum fuit me peccaturum; illæ sunt necessariae necessitate consequenti cum inuitabili habitudine ad esse, ita ut nulla vi possit Petrus non peccare. Quod probo. Illud quod est præteritum, non est amplius in hominis potestate, sed dicitur esse simpliciter necessarium: sed Deum præsciuisse me peccaturum, est aliquid præteritum, sicuti etiam quod ab æterno vera fuerit hæc propositio, *peccabo*: ergo illud peccatum futurum non est amplius in potestate mea, sicuti non est amplius in mea potestate, quod heri non peccauerim. Quis ergo dicat peccatum crastinum mihi nunc esse liberum, si tam est impossibile mihi nunc ut non peccauerim heri.

A Resp. concedendo, quod peccatum Petri ex suppositione, quod futurum sit cras, est prorsus inimpedibile; nam est impossibile rem præteritam non esse præteritam, & rem futuram non esse futuram; sed ea est necessitas tantum sequens. Ad argumentum ergo, concedo maiorem: illud quod est præteritum, ex suppositione, quod sit præteritum, non est amplius in hominis potestate: sed Deum præsciuisse me peccaturum, est aliquid præteritum ex suppositione quod sum peccaturus, concedo; ergo illud peccatum non est in potestate mea ex suppositione, quod illud sit præscitum & futurum concedo consequenter; sed quia peccatum non est præscitum & futurum nisi ex suppositione libertatis, ideo illa est tantum necessitas sequens.

B Verum, quia manet adhuc scrupulus, quia tam videtur esse impossibile mihi ut non peccem cras, quam est impossibile ut non peccauerim heri: sicut ergo nemo dixerit, esse mihi nunc procurandum ut non peccauerim, sic neque mihi est curandum ut non peccem cras, cum hæc utraque sit suppositio præterita.

C Resp. esse impossibile prorsus ex suppositione quod sum peccaturus cras, ut non peccem cras; sed nego esse tam impossibile ac inuitabile, ut non peccem cras, quam est impossibile ac inuitabile ut heri non peccauerim. Ratio est, quia illa necessitas ex suppositione de præterito quod peccauerim heri, est simpliciter in positio de præterito, & non dicit ordinem ad aliquid quod nunc absolute sit in mea potestate; vnde nunc est simpliciter inuitabile mihi ut heri non peccauerim: necessitas autem ex suppositione de præterito, quod Deus præsciuerit me cras peccaturum, vel quod ab æterno futurum sit ut cras peccem, non est suppositio simpliciter de præterito, sed ita est suppositio de præterito, ut dicat ordinem ad aliquid futurum, quod ita penderet à mea libertate, ut si ego vellem, non esset; atque adeo non esset suppositio illa de præterito. Vide quæ dixi agens de scientia Dei.

Et hinc soluitur alia illa difficultas, an possit homo nunc facere ut Deus non præsciuerit id quod præsciuit. Resp. me nunc id posse facere absolute, consequenter autem, & ex suppositione quod Deus præsciuerit, non possum facere ut non præsciuerit.

Instabis quarto afferens molestissimum illud dilemma: *Si Deus præsciuit me peccaturum, haud dubiè quidquid agam, peccabo; cur igitur torquero me ad vitandum peccatum?*

E Resp. simile dilemma fieri posse: *Vel Deus prævidit futuram in agro tuo messem, vel prævidit non futuram. Si prævidit, inutile est iacere sementem, quia quod Deus prævidit non potest non euenire.* Cum miles proficiscitur ad bellum, dici ei posset: *Si Deus prævidit te moriturum, est inutile te ferre arma, quia morieris haud dubiè: si non prævidit te moriturum, non morieris; ut quid ergo de ferendis armis cogitabis?* Est enim similis insania dicere: *Si prævidit me peccaturum, peccabo; &c. quidquid agam, distinguo; ex suppositione quod Deus viderit me peccaturum, peccabo quidquid agam, concedo; peccabo necessariò absolute, nego; Deus enim videt me peccaturum, quia sum peccaturus. Idem ergo est dicere: Si vidit Deus me peccaturum, peccabo; ac dicere: Si sum peccaturus, sum peccaturus; quod est vanum dicere.*

Instabis

Augetur difficultas.

Potest homo facere ut Deus non præsciuerit quod præsciuit.

Molestum dilemma

Disp. IV. Quæst. vnic. de Argumentatione. 63

Quinta in-
stantia, con-
tra determi-
nationem.

Instabis quintò. Illud quod est determinatè verum, non potest non esse verum: hæc propositio, *Petrus peccabit*, potest non esse vera: ergo non est determinatè vera. Probatur maior. Propositio illa determinatè vera vel potest esse falsa eo tempore quo est vera, & sic esse potest simul vera & falsa; vel ante, vel post, & sic eadem propositio modò erit vera, modò falsa, quod implicat: quod enim est verum, ab æterno est verum. Denique libertas est indifferentia & indeterminatio: sed indifferentia & determinatio repugnant: ergo libertas & determinatio repugnant.

Resp. quod est determinatè verum determinatione potentiali, non potest non esse verum, concedo; quod est determinatè verum determinatione solum actuali, non potest non esse verum, saltem antecedenter, nego. Dixi futurum contingens esse indeterminatum determinatione actuali, non potentiali. Hæc propositio, *Petrus peccabit*, eo tempore quo est vera, potest absolute esse falsa; non potest esse falsa ex suppositione, quod sit vera. Sæpe autem dictum est, quod contingentia & libertas dicunt indifferentiam potentialem; non dicunt actualem.

S. VI.

Mens Philosophi circa veritatem propositionum de futuro.

Non errasse
Aristotelem.

Dico sextò, Aristotelem non videri errasse circa veritatem propositionum de futuro, sed concessisse propositiones illas esse determinatè veras, sed ita tamen ut non sint necessariae. Ita veteres ferè omnes Scholastici, ut ostendunt Ruiz. *disp. vigesima secunda, sect. secunda*. Bel-
larm. Albertinus, Fonseca. Errasse verò Aristotelem, tenent Okam. Gregorius, Bonavent. Vasques, Suarez, & alij non pauci.

Prima con-
iectura.

Ratio tamen est, quia Philosophus *lib. de divinat. per somnia*, & *lib. primo Rhetor. capite decimo quinto*, & *lib. de mundo, ad Alexandrum*, clare admittit, Deum esse præscium futurorum, & multos fuisse Vates à Deo inspiratos. Postià verò hac præscientiâ debet admitti determinata veritas futurorum. Deinde rationes omnes illæ, quas attuli ad probandum illam veritatem determinatam, ferè petuntur ex principiis Aristotelicis, *Quodlibet est, vel non est: Ex eo quod res sit, vel non sit, propositio est vera, vel falsa*: ergo verisimile omnino non est, errasse tantum ingenium in re quam sæpius docuerat.

Secunda
conjectura.

Secundò, quando Philosophus *in lib. de interpret.* videtur negare, propositiones contradictorias de futuro esse determinatè veras disjunctivè sumptas, sed disjunctim tantum; dicit duntaxat illas propositiones disjunctim sumptas esse necessarias; sumptas disjunctivè, non esse determinatè necessarias, sed indeterminatè tantum; quod est verum, & hoc vnum omnia probant eius argumenta. Patet autem hoc ex eius verbis, quæ sunt huiusmodi. *Esse quidem, aut non esse, omne necesse est, & futurum esse, vel non esse; non tamen contingit dividendum dicere alterum necessarium. Dico autem, ut necesse est quidem esse futurum cras bellum navale, vel non esse futurum; sed non est necesse cras futurum esse bellum navale, neque rursus est necesse futurum non esse cras bellum navale*. Hæc enim Philosophus, & eo modo illum explicant S. Tho-

R. P. de Rhodes, curs. Philosoph.

A mas *sect. 15. comment. 2. Scotus in primum disp. 32. quæst. 1.*

Tertiò confirmari potest hæc explicatio ex scoto. Tertia con-
po ipsius Philosophi *c. illo octavo*; voluit enim ibi icctura,
duntaxat explicare illud axioma, *Ex duabus con-*
tradictoriis una est vera, & altera falsa: unde asse-
rit, hoc esse discrimen propositionum istarum à
cæteris, quod in propositionibus contingentibus
necessitas non conveniat determinatè vni propo-
sitioni; sed vtrique vagè ac confusè; cum tamen
aliis contradictoriis necessitas conveniat distinctè,
& determinatè.



B

DISPUTATIO IV.

*De tertia mentis operatione.
Ad priores Analy-
ticos.*



IBRIS Perihermenias subiunxit Ari-
stoteles libros duos priorum Ana-
lyticorum, siue de priori resolutione,
in quibus totam naturam discursus
in genere, præcipue verò syllogismum mirabili
quadam exponit industria, vocatque *Resolutorios*;
quia docet in his, quomodo syllogismus possit
in suas propositiones, & terminos resolui, Reso-
lutio est, *Renovatio alicuius rei in sua principia, qui-*
bis constat; ut cum domus dissolvitur in lapides,
ligna, &c. Compositio autem, siue methodus
compositiva, est *Principiorum, quibus res constat,*
renovatio ad finem; ut cum ligna, lapides, & calcem
ad unam domum renovamus. Nos igitur metho-
dum hoc loco secuti resolutoriam, iis omis-
sis, quæ in Pharo nostra dedimus, totam quidditatem, &
compositionem discursus præcipue syllogistici bre-
viter exequemur.

D

QVÆSTIO VNICA.

*Quid, & quotuplex sit
discursus.*

HUMANÀ ratio scientiarum, & artium omnium Discursus
quid sit,
mater, & nutrix (teste Basilio in caput se-
cundum Isaia) tota in discursu est. *Immo a sam-*
per; & tamen quous volatili, vel etiam ipso sole
pernicius sese agitant, ut pulchrè docet Theodor.
serm. tercio, & quinto de providentia: cuius exi-
stentiam nihil attinet probare, sine qua nec homi-
ni licet esse: naturam verò illius non ignorare tam
est necesse, quàm est vile homini se cognoscere.
Potest autem tota reuocari ad hæc capita. Pri-
mum est essentia, & divisio discursus in genere.
Secundum essentia syllogismi. Tertium compo-
sitio eius artificiosa, siue præmissæ syllogisticæ.
Quartum conclusio formalis, cuius proprietates
nonnullæ difficultatem habent. Quintum varia
species syllogismorum.

E

§ 2

SECTIO